



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

Cap. III. Vt propter haereticorum incredulitatem, post Gloria Patri, etiam
Sicut erat in principio, &c. semper dicatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

IVLIVS VASENSE. CONSTANTIVS³ IMPP. II9
P. I. CONSTANS

ANNO CHRISTI CAP. II.

Vt in omnibus Missis siue matutinis, siue quadragesimalibus, vel quæ in defunctorum commemorationibus fiunt, semper sanctus, sanctus, sanctus dicatur: & ut nomen papæ urbis Romæ, quicumque sedi apostolicæ præfuerit, in nostris ecclesiis recitetur.

Et in omnibus Missis siue matutinis siue quadragesimalibus, siue in illis quæ in defunctorum commemorationibus fiunt, semper sanctus, sanctus, sanctus eo ordine, quo ad Missas publicas dici debeat: quia tam dulcis & desiderabilis vox, etiam si die noctuque posset dici, fastidium non potest generare. Et hoc nobis iustum visum est, vt nomen domini papæ, quicumque sedi apostolicæ præfuerit, in nostris ecclesiis recitetur.

Nomen pa-
pæ recitan-
dum in ec-
clesia.

C A P. III.

*Vt propter hæreticorum incredulitatem, post Gloria Patri, etiam Sicut erat in principio, &c.
semper dicatur.*

Et quia non solum in sede apostolica, sed etiam per totum orientem & totam Africam vel Italiam, propter hæreticorum astutiam, qua Dei filium non semper cum Patre fuisse, sed a tempore fuisse blasphemant, in omnibus clausulis post Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c. dicitur, etiam & nos in vniuersis ecclesiis nostris hoc ita dicendum esse decreuimus.

N O T A E.

* *Concilium Vafense.]* Tria Vasione siue Vafatis in Gallia Narbonensi habita fuerunt Concilia. Primum sub Constantio imperatore & Nectario Viennensi, vt testatur Ado Viennensis in chronicis his verbis: *Florebant, inquit, & tunc temporis* (nimurum quo Maximus

Tria Va-
sense Con-
cilia.
Primum
quando ha-
bitum fue-
rit.